

gionem colentes, nisi qui meritam Diis gratiam justis honoribus memori mente persolvunt? Est igitur gratitudo laudatissima virtutum omnium, res Deo atque hominibus grata atque jucunda, gratique nominis. Orat. pro Cn. Plancio.

UTILITAS. — Cum exploratores terræ Chanaan in civitate Jericho a Raab meretricie abseconsi dimitterentur, illaque hujus beneficii vicissitudinem ab illis reposeret, dixerunt illi: Innoxii erimus a juramento hoc, quo adjurasti nos, si ingredientibus nobis terram, signum non fuerit funiculus iste coccineus, et non ligaveris eum in fenestra, per quam dimisisti nos. Ubi notandum, quod in eadem fenestra, per quam dimissi fuerant, jusserint funiculum appendi, ut beneficii memores essent. STAPLET. th. 1, in Dom. 12. post Pent.

Deus jussit virgam Aaronis et duas tabulas Moysis in Arca reponi, ut per illorum aspectum, acceptorum beneficiorum memoria refricaretur. Ibid.

Eva, quia pro nato filio grata fuit, et prius beneficium agnovit, assecuta est et aliud. Talis enim est Dominus noster, quando in primis gratitudinem declaramus, et benefactorem agnoscimus, largius sua dona nobis erogat. S. CURYS. in Gen.

M. Joannes Avila dicere solebat, plus valere in doloribus et ærumnis unum Deo gratias, quam sex millia in prosperitate. DREX. in Prodom. c. II, §. 47.

Æsopus narrat, mures quondam in leonem dormientem insilisse, qui, cum evigilans unum apprehendisset, rogavit ille, ut parceret, fieri enim posse, ut sua ipsi opera et auxilium opportunum foret. Quod cum fecisset leo, contigit, ut in laqueus incideret, et rugito suo opem peteret; quo clamore excitus, dimissus prius musculus accurril, et corroso laqueo leonem liberavit. Merito ergo omnibus benefacere studeamus, quia ignoramus, an non et nos alterius opem necessariam habituri, adeoque grati animi vicissitudinem simus desideraturi. ÆSOPUS.

AXIOMATA.

Gratia gratiam parit.

Invitat ad magna, qui grantanter suscipit modica. Florileg.

Optima beneficiorum custos memoria, et confessio. CASSTOD.

Qui grate beneficium accipit, primam ejus pensionem solvit. SEN. l. I de Benef.

Gratum hominem semper beneficium delectat, ingratum semel. Idem, l. V de Benef. Nemo referre gratiam scit, nisi sapiens. Idem, ep. 1, l. II.

Pœnitet accepti beneficii, quem nondum redditum non piget. Idem, l. VI de Benef.

Animus, non res, facit gratum, aut ingratum.

Si desint vires, tamen est laudanda voluntas, Hac ergo contentos auguror esse Deos.

OVIVUS.

Non est dignus dandis, qui non est grati datis.

AUCTORES.

Jacobus Alvarez, de Adept. virtutum l. III p. II, §. 7.

Ludovicus Granatensis, in Duce Peccatorum l. 1, c. II, et seq.

Bernardinus Rosignolus, l. IV c. xxv, de Disciplina.

Lucas Pinellus, l. III de Perfect. c. IV.

Petrus Sanchez, in Regno Dei p. VI c. v.

Vicidarius Busei. v. Gratitudo.

Thomas à Kempis, l. II de Imit.

Josephus Mansi, tr. xxx. dist. Bibl. mor.

G U L A,

QUOAD ESSENTIAM.

DEFINITIO. — Est inordinatus appetitus alimenti; id est, si aliter cibus aut potus usurpetur, quam ipsa nature sustentatio requirit.

DIVISIO. — Dividitur in eam, quæ in cibo, et eam, quæ in potu sumendo excedit; et hæc quidem, si usque ad rationis privationem peringat, ebrietatis nomen sortita est; secus vero, ad gulam plerumque revocatur.

ACTUS. — Primus est, ante tempus comedere aut bibere; ut Jonathas, Saulis filius, ignarus præcepti e patre editi, mel ante tempus gustavit, ideoque audivit a patre: Morte morieris, Jonathas. I. REG. XIV, 44.

Nimis lautos et delicatos cibos, aut potum appetere; quo modo populus Israeliticus manna fastidens, et ad ollas Ægyptiacas aspirans peccavit. EXOD. XVI, 3.

Nimium comedere, aut bibere; quemad-

modum Sodomitæ, de quibus Ezechiel dixit: Ecce hæc fuit iniquitas Sodome sororis tuæ, superbia, saturitas panis, abundantia. EZECH. XVI, 49.

Nimis ardentè alimentum appetere; ut Esau pro pulmento primogenita vendens, parvique pendens, quod ea vendidisset. GEN. XXV, 34.

Studiosè nimis præparatum alimentum appetere; ut filii Heli, qui non contenti parte Sacerdoti offerri solita, etiam adipem Deo offerri solitum rapiebant.

EX S. SCRIPTURA.

FUGA. — Non in comessionibus et ebrietatibus etc. sed induimini Dominum Jesum Christum, et carnis curam ne feceritis in desideriis. ROM. XIII, 11.

Noli avidus esse in omni epulatione, non te effundas super omnem escam. ECCL. XXXVII, 32.

Operamini, non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. JOAN. XXVII.

DAMNUM. — Anima saturata calcabit favum (orationis) et carnis curam ne feceritis in desideriis. ROM. XIII, 11.

Noli avidus esse in omni epulatione, non te effundas super omnem escam. ECCL. XXXVII, 32.

Operamini, non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. JOAN. XXVII.

DAMNUM. — Anima saturata calcabit favum (orationis) et carnis curam ne feceritis in desideriis. ROM. XIII, 11.

Noli avidus esse in omni epulatione, non te effundas super omnem escam. ECCL. XXXVII, 32.

Operamini, non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. JOAN. XXVII.

DAMNUM. — Anima saturata calcabit favum (orationis) et carnis curam ne feceritis in desideriis. ROM. XIII, 11.

Noli avidus esse in omni epulatione, non te effundas super omnem escam. ECCL. XXXVII, 32.

Operamini, non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. JOAN. XXVII.

DAMNUM. — Anima saturata calcabit favum (orationis) et carnis curam ne feceritis in desideriis. ROM. XIII, 11.

Noli avidus esse in omni epulatione, non te effundas super omnem escam. ECCL. XXXVII, 32.

Operamini, non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. JOAN. XXVII.

DAMNUM. — Anima saturata calcabit favum (orationis) et carnis curam ne feceritis in desideriis. ROM. XIII, 11.

Noli avidus esse in omni epulatione, non te effundas super omnem escam. ECCL. XXXVII, 32.

Operamini, non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. JOAN. XXVII.

bore autumnales, infructuose, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris despumantes suas confusiones, sidera errantia; quibus procella tenebrarum servata est in æternum JUDÆ. XII.

EX SS. PATRIBUS ET DOCTORIBUS.

QUALITAS. — Male dominæ servitur Gula, quæ semper expetit, numquam expletur. Quid enim insatiabilis ventre? Hodie suscipit, cras exigit; cum impletus fuerit, disputatur de continentia; cum digesserit, vale virtutibus dicitur. S. AMBR. s. de Jej.

Non cibus, sed appetitus in vitio est; unde et lautiores cibos plerumque sine culpa sumimus, et abjectiores non sine reatu conscientia degustamus. S. GREG., t. XXX Mor.

Pene semper epulas comitatur voluptas; nam dum corpus in refectionis delectatione resolvitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Id. lib. I Mor.

Gula est, solius corporis causa, illecebrosus et avidus ciborum appetitus. Hugo, in suo Claustro.

Gula est vorax edacitas naseantem stomacho applaudens, naturalibus finibus non contenta. Ibid.

Solent diis templa construi, altaria erigi, ministri ad faciendum ordinari, immolari pecudes, thura concremari; deo sigillatim ventri templum est coquina, altare mensa, ministri coqui, immolata pecudes coctæ carnes, fumus incensorum odor saporum. Ibid.

FUGA. — Sit vilis et vespertinus cibus, olera et legumina, interdumque pisciculus pro summis deliciis duæ. Qui Christum desiderat, et illo pane vescitur, non querit magnopere, quam pretiosis de cibis stercus efficiat. S. HIER. in ep. ad Paulam.

Nemo potest virtutum perfectionem attingere, nisi prius ventris edomemerit ingluviem. S. ISID., l. I, c. XII.

Nullus palmam spiritualis certaminis apprehendit, qui non in semetipso prius per afflictam Venereis concupiscentiam carnis incentiva venerit. S. GREG. I. XXX. Mor.

Ventrem accepisti, ut nutrias, non distendas; ut illi domineris, non ut dominum habeas; ut tibi inservias ad ceteras partes alendas, non ut tu illi inservias, non ut fines

transilias. Non tot malorum causa est mare fines supergressum, quot venter corpori. S. CHRYS. hom. XIII, ad Philipp.

DAMNUM. — Si gulam in hoc vitio contingeris, Paradisum habitabis; sin minus, hoc tibi persuade, pabulum te mortis futurum. S. BASIL., s. de *Abdic. rerum*.

Primogenitorum gloriam Esau amisit, inquit S. Gregorius, quia magno astu desiderii vilem cibum, scilicet lentilem, concupivit; quam dum vendendis etiam moprigentis pretulit, quo in illam appetitu anhelalet indicavit; neque enim cibus, sed appetitus, in vitio est. S. GREG. *ap. Mansi*, tr. XXXI, dis. III, n. 18.

Si hanc vitiorum reginam deviceris, ubique locorum tranquilla animi pace perfrueris; ab eadem victus, ad mortem usque semper de salute periclitaberis. S. JOAN. Cl. grad. 3, n. 79.

Edecatas usque ad luxuriam pertrahit, quia dum satietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur. Unde et hosti callido, qui primi hominis sensum in concupiscentiam pomi aperuit, sed in peccati laqueo strinxit, divina voce dicitur: Pectore et ventre repes; ac si aperte diceretur: Cogitatione et ingluvie super humana corda dominaberis. S. GREG. p. 3. *Cura Past. admon. XX*.

Qui ventrem implens pudicitie cultum profiletur, huic similis est, qui se ignis impetu stupa compressurum, aut flammam oleo extineturum pollicetur. S. NILUS, de *S. Vitios. Affect.*

Septem dona Spiritus Sancti ex gula ruunt, quod figuratum fuit Job, quando septem filiis convivantibus in domo primogeniti, domus percussa a vento ruens oppressit omnes; figurant enim, secundum Gregorium, septem dona Spiritus Sancti filii Job. S. ANS. p. 2. tom. VI, c. III.

Gula reddit hominem Deo abominabilem et exosum, quia creaturam vilissimam deificat, præferens eam Deo. Odit Deum, quia templum suum convertit in fanum Diaboli, et in latrinam, seu vas stercoreum, et sentinam omnium vitiorum, et habitaculum dæmonum; imaginem Dei denigrat et deturpat, Dei quoque Majestatem blasphemat. BELLOVAC. l. III, spec. VIII, disc. I.

Quantum sit detestabile vitium gulæ, ostendit Ambrosius: Sexto die bestie creatæ sunt, et cum bestiis orta est potestas edendi, et usus escarum; ubi cibus cepit, ibi

finis factus est mundi; ibi cepit sua incrementa nescire, ubi ceperunt divina erga eum opera ferari; quo judicio declaratum est, quod per cibos mundus haberet imminui, per quos desiit augeri. S. AMBR. *apud S. Ant.* l. c.

Ad quid ars coquorum nobis prodest, immo vero ad quid non obest, cum tam corpori, quam animo non mediocriter officiat? Matrem enim omnium ægrationum, deliciarum usum, magna pompa constipatum in medium adducit. MANSI, disc. XIX, n. 9.

Rogas ad jucunditatem? Cogis ad mortem. Invitas ad prandium? Efferre vis ad sepulchrum. Cibos promittis? Tormenta irrogas. Vina prælendis? Veneno suffundis. S. AMB. l. de *Elia*. c. XIV.

Legitur, quod Nabuzardan Princeps militiæ, seu, juxta Septuaginta Interpretes, Princeps coquorum, destruxit muros Jerusalem; quia plerumque venit, ut vitium gulæ merita eorum destruat, qui viam Religionis elegerunt. Illud præ cæteris mihi doloris materiam importat, quod hodie viri Religiosi, et S. Ordinis Professores, de ferulo-rum numerositate contendunt. PET. BLES. in c. 1 *Job*.

Qui corporis sui carnes delicate nutrit, concupiscentias malas pascit. S. EPH. tr. de *Vim. Dei*.

Semper saturitati juncta est lascivia. Vicina sunt igitur venter et genitalia, pro membrorum ordine ordo vitiorum. S. HIER. in serm.

Dominante gulæ vitio, omne, quod homines fortiter egerunt, perdunt; et, dum venter non restringitur, simul omnes virtutes obruuntur. S. GREG. l. XXX *Mor.*

Gula Paradisum clausit, primogenita vendidit, suspendit pistorem, decollavit Baptistam; Nabuzardan, Princeps coquorum, templum incendit, et Jerusalem totam evertit; Balthasar inter epulas manum scribens vidit, et eadem poete interfectus est a Chaldeis. INNOCENT. de *Vil. Condit. hum.*

Cave, ne te adversarius simili atque primo parentem peccato, circumveniat, et quamprimum de Paradiso deliciarum expellat. Nam qui callida esse objectione ita malignose illum vita spoliavit, et item Jesu eodem modo supplantatur speraverat, nihil est, quod is vereatur; etenim presentissimum hoc esse venenum intelligit. S. BASIL. s. de *Abdic. rer.*

Plurimos gula sua occidit, nullum frugalitas; innumeres vina nocuerunt, nulli parsimonia. Plerique inter epulas fodere animas, et mensas proprio repleverunt sanguine. S. AMB. ser. de *Cain et Abel*.

Sicut omnes carnales cupiditates per abstinentiam rescantur, ita omnes animæ virtutes edacitatis vitio destruantur. S. ISIDOR. de *Summ. Bon.* l. II c. XII.

De ventris ingluvie inepta lætitia, securitas, immunditia, multiloquium, hebetudo sensus circa intelligentiam propagantur. S. GREG. l. XXXI *Mor.* c. XXXI.

Quod necessitatem in edendo excedit, id non alimentum, sed pestis est; satiety morborum omnium origo. S. CHRYS. hom. XXI in c. II, XXX.

Gula saturitas nimia aciem mentis obtundit, ingeniumque evertere facit. ISIDOR. l. I de *Sum. Bono*.

Dominante gulæ vitio, omne, quod homines fortiter egerunt, perdunt, et, dum venter non restringitur, simul omnes virtutes obruuntur. S. GREG. l. XXX *Mor.*

Coquorum Princeps muros Jerusalem dejecit, quia dum venter ingluvie tenditur, virtutes animæ luxuria destruntur. Idem, in *Past.*

Gula innumera vitiorum agmina ad animæ conflictum producit. Ibid.

EXEMPLA CATHOLICA EXTERNA.

QUALITAS ET FUGA. — S. Dorotheus, cum Dositheum viri primarii filium instituendum suscepisset, initium ab expugnatione gulæ fecit. S. DOROTH. in *Vita*.

Senex quidam, cum Philosophis disputans dicebat: Multis debitoribus parens meus non fecit obnoxium, cæterisque solvens, et ab eorum molestiis liberatus, soli uni quotidie solvendo satisfacere non possum. Quærentibus autem illis solutionem respondit: Multis fui constrictus vitii, quibus tanquam molestissimis creditoribus omnem abiciens substantiam satisfeci, atque ab eis solutus fui, gastrimargie vero stimulis carere nequeo; et licet eam ex parte redegerim, vix vim impulsioni evado. *Vite PP.* apud March. *tab. Sac.* tr. v, lect. 1.

Serapion Sidorita, Athenis, triduanam jejunii fame pressus juxta locum Concilii clamavit: Viri Athenienses, mihi succurrite, nam trium feneratorum manum incurri, et

duorum debitum solvi, tertio satisfacere non possum. Quærentibus, quid hoc esset? respondit: Tres feneratorum sunt cupiditas pecunie, carnalitas luxuriæ, aviditas gulæ. Quorum primis duobus satisfeci, sed tertius adhuc urget ob famem, quam patior. Ibid.

B. Jacobonus, ut gulam domaret, absinthio quasi sale utebatur, donec eo pervenit, ut saporem cibi in unum Deo referret. Quondam ab appetitu bubulæ carnis vexatus, eam quidem emit, sed tandem in cubiculo servavit, donec computresceret, et tum deum pessime olentem naso applicabat. CONNELL. A LAP. in c. XI *Num.*

Serapion cum diu a gula superatus, et, quæ occulte comederet, furatus, tandem tentationem et fragilitatem suam seniori detexisset, panemque furto sublatum de sinu extraxisset, flamma sulphurea gravissime lætens de eodem sinu exivit, ut intelligeret, nunc tandem tentationem illam penitus fuisse expugnatam. CASSIAN. in *Coll.* c. XI.

Abbas quidam Laureacensis, Manbrunus nomine, priusquam mense accumberet, familiaria sibi habebat quædam perfectionis exercitia, quibus se armabat, ne vinceretur a gula; nimirum excitabat in se quosdam doloris, verecundiæ, timoris, et gratitudinis affectus; doloris quidem, quia revocabat in memoriam jacturam immortalitatis, quam primi parentes nostri ob gustatum pomum velutum passi, in hanc necessitatem seu potius villitatem lapsi fuerant, ut ad manducandum adstringerentur; quo eodem motivo S. Isidorus ducebatur, quando ad refectonem accedebat: Erubescio, inquit, irrationabilem cibum sumens, qui rationabilis a Deo factus in Paradiso deberem cibo saturari divino. Deinde verecundiæ excitabat actus, eo quod ab exactore adeo vili et abjecto, a corpore scilicet humano stercoris sacco, importuno, insatiabili, indiscreto, incivili, qui nullis acquiescit rationibus, aut precibus, vexabatur. Timorem quoque exercebat, eo quod astutus serpens continuus in sumendo cibo nobis laqueos ostendat, ut in culpam aliquam præcipitet. Ad gratitudinis pariter actus convertebatur, dum providam Dei manum eum pascentem consideraret, Patri, quem in oculis invocamus, gratias agens. Cum itaque protoparentes nostri in statu innocentie, justitia induti originali, in hoc corruerint gulæ vitium, quanto magis nobis timeamus oportet; præsertim quia, ut S. Augustini scribit, cum salus sit causa

edendi et bibendi, adjungit se laquam pedissequæ periculosa iucunditas; et plerumque præire conatur, ut ejus causa fiat, quod salutis causa me facere vel dico, vel volo; nec idem modus utriusque est, nam quod saluti satius est, delectationis parum est. S. ANTON. p. II, *Sum. lit. VI*, c. 1, § 2.

S. Romualdus, si quando eum ex aliquo esculentiori cibo gula vitium titillaret, mox accurate illum præparari præcipiens, ori et naribus accommodans, et solum captans odorem dicebat: O gula, gula, quam dulci, quam suavi modo mihi saperet iste cibus; sed vae tibi, ex eo nunquam gustabis! Et sic intactum ad cellarium remittebat. S. PETER. DAMIANUS, c. XXXII.

Gula modum imponit cibi parcitas uti ex sequenti exemplo patet. Abbas quidam, suavis odulii concupiscentia ductus, lamprædam sibi acquiri præcepit. Cumque ministri dicerent, hoc genus eo loco difficile posse reperiri, extitit qui diceret, unam tantum in nudinis se vidisse propositam, nullo minus quam viginti numerorum Papiensium solidis coemendam. Jussit Abbas dari pecuniam. Cocorum autem diligentia laute decoctus piscis Abbati apponitur; sed antequam tangeretur, ecce pauper ad januam, hoc potissimum sibi dari, quod Abbati appositum erat, anxie postulabat. Mox, ut erat, integrum piscem non hesitans vir Domini mittit ad pauperem; illico pauper qui videbatur, cum ipsa paroside plena pisce in sublime se extulit, et librata manu velut xenium portans cœlum, cunctis videntibus, penetravit. Unde liquido comprobatur, quia quod indigentibus datur, Deo transmittitur, et quod in sinu pauperis occultamus, in cœlo reponamus. PETER. DAM. in *Epist. ad Hildebrandum Pap. seu Greg. VII.*

S. Carolus Cardinalis ita de gula victoriam obtinuerat, ut extra consueta bibendi tempora ne guttam quidem aqua, vel in æstivis calidibus et laboribus gustare sole-ret. Reprehendit aliquando sacerdotem familiaræ, quem viderat, extra horam consuetam bibentem, nec admisit excusationem quod eo tantum perlueret, ob eamdem rationem, quod facilitate sensus, nisi cohibeatur, fiat licentior. CASSIAN. lib. VIII de *Vita ejus*.

S. Serapion adhuc juvenis, ad sermonem sui patris alienum compunctus est de vitio *gostri-margie*, seu gulæ; pene convictus, furtum paniculi, quem comedit clanculo, co-

ram fratribus folebatur, et a tentadæ toremone protinus liberatus est tam plene, ut deinceps nunquam de gula tentatus sit. JOAN. NIDE. lib. II, de *Fornicariis* c. 1.

DAMIANUS. — S. Rembertus cum esset in obsequio decessoris sui domini Ansharii, apparuit ei Presbyter Arnulphus, jam diu defunctus, et perunciantis de ejus causa in hac sæculi vita, dolenter respondit: Cum in hac carne essem, negligenter de animæ meæ agebam salute, interdicta in esca et potu frequenter usurpans, indignus fui haerentis ad præsentiam Dei venire. Qui, ut patet, non aliam ob causam, quamvis in gratia decessisset, se a præsentia Dei ad tempus remotum fuisse attestatur, nisi quia gulæ frequenter vacarat; ideoque mox subjunxit supplicans: Si tua fraternitas pane, sale et aqua contenta, a cæteris victualibus abstinentiam 40 diebus pro me facere vellet, credo per Dei misericordiam, ab hujus repulsionis meæ sententia sine poena liberari. BOLLAND. t. III. *Feb. 4.*

Thomas Cantipratanus loquens de Prælati, qui lautius vivunt, quam par sit, hoc affert exemplum, quod suo tempore in Francia contigit. Erant, inquit, duo senes monachi, ab ipsis puerilibus annis pares in scelere, dissoluti valde, in monastica observantia nutriti. Hi sibi plures ex juvenibus, in immunditia assidui, quotidie copulabant, seorsum vacabant epulis, risibus et cantibus exultabant, innocentibusque ac simplicibus detrahebant. Cum de eorum insolentis Conventus quotidie non mediocriter turbaretur, nec esset, qui corripere delinquentes, vidit Dominus, et ad iracundiam concitatus est. Vix enim sinit turbationem piorum claustralium inultam. Accidit igitur quodam vespere, ut secundum consuetudinem suam esculento ore ad voraginem inhiarent. Vix ori cibis appositis quartum aut quintum manus obtulerat, cum ecce unus prædictorum senum subita ingluvie strangulatus, eversis statim oculis expiravit. Territi igitur omnes, qui consueverant, surrexerunt; nec diu post superstes vetulus, socii animadversione non fractus, licet ad momentum horruisset, sicut porcus occiso a carnifica porco, resumpta audacia resedit ad mensam; et cum enormi crapula sic est repletus, ut amens penitus portaretur ad lectum, et quasi brutum animal expiraverit. Horrore ergo omnes exemplorum talium perturbati, vitam suam et mores in melius mutaverunt,

communemque vitam, et cibum strictissime servaverunt. THOMAS CANTIPR. t. II *Apun* c. xii § 3.

Vidit Eva, quod lignum esset bonum ad vescendum, et tulit de fructu ejus, deditque viro suo, et comedentes ambo, totum humanum genus secum in perniciem traxerunt. GEN. III.

In diebus Noe, edebant usque in diem, qua intravit Noe in arcam, et venit diluvium, et tulit omnes. GEN. XVII.

Gulosa femina lacteam decerpens, cui demon insederat, nec signum crucis faciens, ab eodem obsessa est. *Spect. ex. d. 1. ex. XL.*
Gulosus monachus occulte comedens, et publica abstinentia sanctitatis famam querens, draconi devorandus traditur. *ib. ex. XLVIII.*

Gulosus Frater, quia frixuras in vasculo deferabat ad trichinium, et de his ibi comederat, in turpissimum pollutionis vitium mox incidit, ut dici de eo jure poterit: Post buccellam introivit in eum Satanias. S. PETERUS DAM. ep. 1 ad *Fr.*

Alius quidam Frater, cum in patriam domum veniens piscibus oblati non contentus, sed gallinam occidens, et assari jubens, ubi primum holus accepit, ab eo suffocatus est. *Spect. Ex. V. Gula, ex. IX.*

Quidam miles post mortem puero suo apparens, cum hic præ timore aperire eidem januam nollet, bufones ac serpentes januæ appendit, filioque suo nuntiarî jussit, hunc esse suum et otiosorum in inferno cibum et delicias. *ib. ex. XVI.*

Phocas Imperator, cum eo die, quo ludi equestres peragebantur, in edendo et bibendo modum excessisset, a plebe per ignominiam verbis hujusmodi notatus est: Rursus e Cæneo (poculi genus est a sono quem edit effluente vino simul et aere) bibisti, rursus mentem amisisti? Ob id convitium multos morte multavit. Itaque cum viderent Proceres ac Magistratus Reipublicæ magnam hominum multitudinem multis affici malis, bona per publicationem adimi, capita præcidi, ad Africæ prætorem Heraclium litteras mittunt, qui precibus eorum motus, continuo classem parat et contra Phocam proficiscitur, adferens secum illam imaginem Christi, quæ manibus facta non erat. Hoc modo Phoca superato, Photinus quidam unus ex Magnatum numero, ejus uxoris pudicitia Phocas antea struxerat insidias, subito in Palatium irrupit, et Phocam Imperatorem

pulla veste indutum mox ad Heraclium deducit. Qui cum Phocam verbis hisce campellaret: Ha ne, miser, Republicam administrasti? Respondit Phocas: Tibi vero per me licet, ut rectius eam geras. Hinc ei dextra manus et pedes amputati, cutis dorso detracta, exsecta verenda, et hasta adfixa, caput denique gladio recisum, relictus corporis truncus in foro, quod Roarium nuncupant, per contumeliam hinc inde tractus, tandem igni traditur. MICHAEL GLYCAS. IV. p. *Ann. Byzant.*

Fructus damna Gulæ.

Adolescenti cuiquam Mexicano quia femina impura scelus persuadere non poterat, sacero temperatum venenum officii obtulit. In dulcem illam escam jamjam involaturus juvenis meminisse ea die mortificationi studere in Deiparæ honorem, adeoque jejuniæ promi consuevisse. Postero die, dum illam promi juhæ, compertus est illius impudicæ machinationis dolus, bellariis his, seu sacero verpibus frærum in modum seaturiens, deprehensusque, quod si heri missum dulce venenum (uti vehementer in id suspendum reperiebatur) sumpsisset, veneno fuisse extinguendum. Quare confessarium adiit, peccata expiavit, sacro sancto epulo accubuit, et Deo, ejusque Matri suæ sospitrici pro vita servata gratias egit. NANASI. *Ann. Mex. n. 362.*

Miles quidam multa scelera commiserat, tandem duæus penitentia, venit ad Sacerdotem de commissis facta confessione penitentiam suscepit, sed susceptam servare non potuit. Cumque hoc sæpius acclisasset, die quadam dixit illi Sacerdos: Nihil sic proficimus, die ergo mihi: Estne aliquid, quod pro peccatis tuis possis custodire? Respondit ille: Est pomus in possessione mea talis, ejus fructus pessimus et amarus est adeo, ut nunquam illum comedere possim. Si videtur tibi bonum, penitentia mea sit, ut quoad usque vivam de ejusdem pomis non gustem. Sciens Sacerdos maxime post prohibitionem, excitante carne atque Diabolo, consurgere tentationem, respondit: Pro omnibus peccatis tuis tibi injungo, ut nunquam de fructu ejusdem arboris scienter comedas. Abiit miles penitentiam injunctam pro nihilo reputans. Sic sita erat ipsa arbor, ut quoties adibus suis egrederetur, vel eas ingrederetur, eam respicere posset. Respi-

ciendo semper prohibitionis recordabatur, et recordando mox gravissime tentabatur. Die quadam ante arborem dictam transiens, et poma in ea considerans ab eo, qui primum hominem per lignum prohibitum tentavit et prostravit, tam valde tentatus est, ut arborem adierit, et ad pomum decerpendum nunc manum extendendo, nunc extensam retrahendo, totum pene diem contrariis nisibus exegerit. Tandem adjuvante gratia divina triumphans in tantum concupiscentiæ restitit, ut corde coangustato sub arbore jacens spiritum exhalaret. CESARIUS. l. IV, c. LXVII.

Beatus Henricus Suso statuit nunquam bibere, etsi sibi interdum saepe cruciaretur, maxime circa noctem; hinc ei, velut febrientibus solet, oris labra scindebantur, ac intumescabant, ut etiam linguæ cutem deterreret nimia siccitas oris; adibat nonnunquam limpidiſſimum monasterii fontem, unde in subjectum labrum æneum frigida promicabat, unde sitis auctior ei plus tormenti afferebat, quanto presentius ei negavit remedium; semel tamen præ nimia sitis vehementer questus est amanter Deo: « O infinita bonitas! quam amor tuus potens et suaviter crudelis est, quandoquidem mihi totus lacus Aeronianus, totus Rhenus, totum hoc fontis salientis illicium prohibitum est ab illo! » Alias etiam Christo amanter questus est sitis vehementiam, quam ejus amore toleraret, sed successu sano felici; quippe cum jam diu nullo potu usus semel in mensa viribus præ siti deficeret, impetrata de mensa communi discedendi venia, in sacellum se contulit, ubi cinctus prope sitis immanitate, ubertim lacrymans Christus est allocutus: « O Jesu amantissime, haustum aquæ mihi negabis, qui tui amore siti ex crucior, quem tamen miserimo cuique nemo negat? Patieris diutius me ita torqueri? » Dumque ita tormentum suum explicat, videbatur se quadam voce animari, certumque reddi proxime se consolatione divina recreandum. Nocte sequenti B. Virgo cum Jesu parvulo ei appareret, quasi decem annorum cum patera aquæ plena; inde jubet eam bibere. Unde cum liberaliter bibisset, recreatus mire omnem sitim extinxit. BARRY. p. III, c. II, de *Vot. praxi* 3.

S. Lambertus, Episcopus Valencenensis, feria quadam sexta in Parasceve, post multos labores, meditationes ac preces fatigatus, et siti cruciatus, noluit tamen ante justum col-

lationis nocturnæ tempus quidquam gustare; tempore vero collationis, ad fallendos accumulantes, ut solebat, in argentea patera jussit sibi a servo, qui jam erat ad hoc institutus puram aquam afferri, super quam efformata cruce, cum biberet, vinum reperit; jubet servum, si deliquisset, errorem emendare. Format cruce secundum, et deo vinum gustat. Tertio demum ipse in rem venturus, aliis spectantibus aquam infundit, et facta cruce, iterum vinum bibit, et quod distans omnes gustarunt. *Ibid.*

EXEMPLA DOMESTICA.

FUGA. — S. Ignatius nulli unquam ferculo arrisit, nullum edulii vel condimenti genus cuiquam indixit, nihil inter edendum questus, licet et cibus et potus saepe male paratus esset. MARR. in *Vita* l. III, c. XII.

P. Thomas Sanchez, ubi sensit in aliquem cibum vehementius se inclinari, mox eum deposuit. Nullum acetum, salem, oleum aut aliud ejusmodi condimentum adhibebat, ut gulam expugnaret. *Annus Soc.* 1620, *Col. Or.*

P. Sebastianus Barradius vilissima tantum et palato ingratisſima sumebat. Saepe ad gulam mortificandam cibos calidissimos, saepe frigidissimos accipiebat, ut omnis sape abde retur. *Vita, itinera. prof.*

P. Balthasar Alvarez, si melius quid ei apponebatur, mox alteri dabat. Cum aliquando unicuique ovum haberet in hospitio, etiam illud studio in terram cadere permisit, ut se in illo exiguo cibo viveret. *Vita* c. IV, § 1.

Joannes Berchman dicere solebat, tribus cum vitis maxime pugnandum esse Religioso, nempe cum aecidia, superbia, gula; aecidiam fervore, superbiam submissione, gulam temperantia superari. Hinc ipso ut gulam vinceret, nihil unquam præter vulgarem cibum et potum admisit; non prius mensæ recordabatur, quam signum audiret; paulatim sibi aliquid detrahebat. *Vita.*

EXEMPLA PROFANA.

Zeno Imperator Orientis cum, ob intemperantiam gulae, Ariadnæ uxori et aliis valde molestus fuisset, illius imperio semel inebriatus in monumentum Imperatorum con-

jectus est, lapide maximo pro opereculo imposito, factusque sobrius inter lamentationes et ejulatus, misera et horrenda morte est extinctus. ZONARAS, tom III *Annal.*

Sauromate triduo se ad saturitatem impinguit, uxoribus cum dominis per omnia parent. STROBEUS, s. XLII.

Aureliano Imperatori in deliciis fuit Phago quidam, qui uno die ad mensam Imperatoris aprum integrum, centum panes, vervecem et porcellam comedit. LONGIUS, in *Polyan.*

Diogenes divitem quemdam, qui sua abliguriverat, olivis vescentem in diversorio videns: Si sic prandisses, inquit, non ita conares. LAERT. l. VI.

Vitellius ab amicis sibi sic parari convivia jusserat, ut nullum infra decies mille aureorum constaret; et tamen adhuc profusiora erant, que proprio sumptu apparabat, ita ut in una cœna duo piscium millia, avium vero septem millia apponebantur. SÆTOX.

Albinus Imper. tantæ voracitatis erat, ut in una cœna decem popones Ostienses, centum poma Persica, quingentas ficus passarias, et quadraginta ostras comederet. PLATINA, in *Pont.*

Wenceslaus, Rex Bohemiae, cum prandium non protulisset, præparatum invenisset, jussit coquum caponem instar veri affixum ad ignem torreret. FAB. in *Dom.* 6 post *Pent.*

Henricus, Rex Angliæ VII, Apitium quemdam, hominem obscurum ad magnam dignitatem evehit, eo quod caponem, quem cibum ille pro deliciis habebat, optime sua cura præparatum illi apposuisset. *lb. ex. 16.*

SIMILITUDINES.

QUALITAS. — Sicut aquila, licet excelsissime volans, tamen ad ima vallium submitti, ac morticinis cadaveribus implicari ventris necessitate compellitur; ita sancti quoque viri nonnunquam propter victus necessitatem gastrimargie vitio impetuntur. CASIAN. coll. v, c. XX.

Sicut febris ex nimio ardore et inflammatione procedit; ita quoque vitium gulae non in manducando consistit, sed in appetitu immoderato cibi, quantumvis ille vilis et exigua sit substantiæ. MANST. disc. XXVI, n. 5.

DAMNUM. — Sicut coturnices in vindemiis,

quando sunt bene pingues de facili capiuntur ab accipitris; sic homines dediti gulae, facile vineuntur ad tentationem. S. BONAV. tom VI in *Diæt.* tit. I, c. VIII.

Sicut porci impinguntur in pasensium glandium, quas avidè sumunt, nec eum, qui excutit, et dat eis, respiciunt, et dum attendunt glandibus comedendis, lanio percussit eos securi, et subito occidit incautos. Talis quoque saginatus porcus ille dives erat, qui dicebat: Anima mea, habes multa bona reposita in annos plurimos, comede, bibe, epulare. At vero Demones, tanquam laniones, eumdem jam incrassatum et impinguntum, ex improvviso maeterunt. Stulte, hæc nocte repetent a te animam tuam, id est, Demones, inquit Lyranus. BELLOV. in *Spec.* l. III p. VIII dist. II.

Sicut Esau pro cibo lenticule vendidit primogenita sua; sic gulosi pro gula vendunt præmia æterna, nam dicitur: (Thren. I.) Dederunt quæque pretiosa pro cibo. S. BON. l. c.

Sicut per abstinentiam omnes virtutes spirituales radicantur, atque edificantur in anima; ita et per suavitatem ciborum omnia vitia nutriuntur, et confortantur in corpore. S. BERN. s. XXIV de *Mod. vivendi.*

Sicut nubes solis radios obscurat; sic crassus vapor e cibis emergens, mentis obscuritatem affert. S. NILUS, de *Vit. aff.*

Sicut præsepe omnium jumentorum, equorum, aliorumque similibus animalium in se recludit pabulum; ita et corpus ingulvie deditum, quoscumque suscipit et refundit cibos, ad brutales explendos appetitus. Porro venter nihil aliud est, inquit ille, quam præsepe brutæ concupiscentiæ, qui potationibus rigatur et ingulvie. PHILO, de *Hon. Sacerdot.*

Sicut bestia comedunt, cum trahit appetitus eas ad cibum sine discretione, vel aliqua consideratione; ita et gulosus non respicit nec ad diem, nec ad modum, nec ad necessitatem, sed ad appetitum. S. ANTONIUS, l. c.

Sicut animalia bruta uberiori pabulo distensa, magis refractaria atque indomita fiunt, et neque jugum, nec frenum, nec aurigæ manum ferunt; ita populus Judaicus ex ebrietate, et nimia corporis obesitate ad extremam precipitatus malitiam fasciæ, neque Christi jugum accepit, neque doctrinæ aratrum duxit. S. CAUV. tom. I, hom. XXXIV *adv. Judæos.*

Sicut musto doli ipsa rumpuntur, et omne, quod in ipsis jacet, in summam partem vis caloris eiecit; sic vino exestuante, quicquid in imo jacet abditum, effertur, et prodit in medium. *SENECA*, ep. LXXXIII.

Sicut piscis per guttur capitur cum hamo, et avis per collum cum laqueo tenetur; sic gulosus per guttur et collum capitur gulae vitio. S. *BONAVENTURA*, in *Diet.* l. 1, tit. VIII.

Sicut squinantia est morbus gutturis, et cito suffocat hominem; sic gula gutturis vitium facilliter strangulat hominem per peccatum. Item l. c.

Sicut rose uno die florent, et eodem die pariter languent, at spina, quæ manum perfodiunt, toto anno in seipibus permanent; ita quoque vini sapor, et opularum suavitas, una tantum hora, vel duabus ad summum placet, at vero damna, quæ corpori adsciscunt, integri nos annis suspirare faciunt: « Amantudo animæ, inquit Ecclesiasticus, vitium multum potatum; ebrietatis animositas, imprudens offensio, minorans virtutem et faciens vulnera. » *ECCLES.* XXXI, 39.

Sicut terra, quando nimia aquæ abundantia oppressa fuerit, innatum suum calorem perdit, ac vires, nec est ad generationem idonea; sic corporis vis mollescit, dissolvitur, diffinit potu continuo ingurgitata, inutilisque homo redditur, et morbis variis obnoxius. *MARCI*, *Tub. Sacerd.* tr. v, lect. IX.

Sicut fumus fugat apes; sic indigesta reuelatio avertit Spiritus Sancti charismata. S. *HIERONIMUS*, in *Reg. Monach.*

Sicut stercoris copia multitudinem gignit vermium; ita multitudo ciborum, lapsus, et malarum cogitationum atque somniorum operatur multitudinem. S. *CLEMENS*, de *Discr.* gr. XXVI.

Sicut navis oneraria, quæ supra suam magnitudinem vehenda capit, oneris magnitudine gravata submergitur; ita animæ et corporis nostri mensura si plures acceperit cibos, quam ferat natura, impletur, et in jectorum gravitatem non amat, et in perditionis pelagus demergitur. S. *CYRILLUS*, hom. *contra Luxum et Crap.*

MOTIVA.

EX QUALITATE. — Quia vitium hoc communissimum, atque adeo periculosissimum,

est; cum enim cibo quotidie refici opus habeamus, declinare illius occasiones, sicut in aliis vitiis, non possumus, unde S. Augustinus ait: In his tentationibus positus certo quotidie adversus concupiscentiam manducandi, et bibendi; non enim est, quod semel præcidere, et ulterius non attingere decernam, sicut de concubitu potui. S. *AUGUSTINUS*, *Conf.* c. XXXI.

Quia turpissimum est; quid enim foedius, inquit Canisius, quam hominem a belluis, naturali quadam frugalitate contentis, superari, dum ventris, crapulae et violentiæ quasi mancipium agit, dum bona dissipat, valetudinem lædit, morbos accersit, ac vitam denique ipsam abrumpt sibi? *CANISIUS*, t. IV, § 7, de *Vitiis Capitalibus*. Hoc sane motivo studiosus quidam, teste Marchantio, stultitiam suam agnovit; cum enim Parisiis domum proficiscentis, in hospitio ab hospite ad varios haustus in sanitatem hospite, filia, ancillarum provocatus esset, ideoque sequenti die capitis gravissimos dolores sensisset, accidit, ut in itinere ad fluvium perveniret, ibique jumentum suum ad bibendum invitaret; quod cum illud modice fecisset, et postea studioso frustra per amorem hospite, filiarum, ancillarum hortente, ut amplius biberet, præstare nollet, quin imo recalcitrando abnueret, motus ille hoc jumentum exemplo dixit: Vere tu longe me prudentius es; si enim ego me heri, perinde ac tu modo, continuissem, hodie tam gravi capitis dolore, fauciumque ariditate non laborarem. *MARCHANUS*, in *Tuba Sacerd.* lect. IV.

Quia nocentissimum est: I. *Corpori*, ut bene Seneca explicavit, dum dixit: Inde calor vultus et nervorum tremor, et miserabilior, et execrabilior, quam ex fame, macies. Quid capitis vertiginem dicam? Quid oculorum auriumque tormenta? Multos morbos multa ferecula fecerunt. Necesse est enim, ut inter se tam diversa discrepent, et hansta male digerantur, ex discordi vero cibo nascitur morbus. *SENECA*, in *epistola*. 2. *Animæ*; nam, ut supra dictum, ex uno gulae vitio innumera vitiorum agmina ad conflatum animæ producantur.

Quia indignissimum est homine rationis capace; id quod S. Chrysostomus sapienter advertit, dum ejusmodi homines porcis comparavit, qui natura sua immani, atque ad terram et cænosas variegates ore demersi, nihil aliud, quam ad satietatem ventris pa-

bula semper requirunt, nullamque ex se, dum vivunt, utilitatem præstant.

Quia idololatricum est; sicut enim diis solent templa construi, altaria erigi, ministri ad serviendum ordinari, immolari pecudes, thura concremari; ita ab iis, quorum deus venter est, coquina pro templo servit, altare pro mensa, coqui pro ministris, coactæ carnes pro immolatis pecudibus, ordo saporum pro incenso, spiritus et flatus temulentia pro Spiritu Sancto. Hinc etiam Philisthai Dagonem, id est, deum ventris colentes in oculis partibus puniti sunt, ita ut intestina profluerent, ac prominere.

Quia inquietum et turbulatum vitium est; hinc Apostolus monet: Nolite curam carnis facere in desideris. *ROM. XIII, 14*. Certe per gulae victoriam, animæ pacem obtineat recte S. Basilius pronuntiavit dicens: Ventris moderatio, animi perturbationum compressio est; perturbationum autem compressio, animi pax est atque tranquillitas; animi autem tranquillitas nihil aliud, quam fecundissimum virtutum fons est. S. *BASILIIUS*, in *Const. Mon.* c. v.

Quia secundatum est vitium, maxime in personis Ecclesiasticis et Religiosis; nam interioris hominis castitas, teste Cassiano, hujus virtutis consummatione discernitur; nunquam enim robustioribus æmulis colluctari posse confidas eum, quem in leviori conflictu conspexeris ab inferioribus, parvisque superari. *CASSIANUS*, de *Mon. Instit.* c. XII.

EX DAMNO. — Quia Diaboli potissimum instrumentum est ad homines impugnandos. Hinc S. Job Diemonem nobis, sub titulo *Behemoth*, describit, simulque, in quo omnem suam positam habeat fortitudinem, his verbis insinuat: « Fortitudo ejus in lumbis ejus, et virtus illius in umbilico ventris ejus. » *JOB*, XI, 21. Ubi per lumbos concupiscentia carnalis intelligitur, per quam Diemon multas vincit, sibi subiecit animas; per umbilicum vero, qui ventris centrum est, gula et voracitas intelligitur, in qua velut in fortissima quadam ad omnem animam perdendam machina Diemon omnem suam repositam habet fortitudinem. Bellowacensis vitium gulae, ait, est frenum et capistrum Diaboli, et ponit ad os et collum gulosi, ut circumducet eum quocumque vult. Hinc merito dixit S. Bernardus: Nemo potest a semetipso tentationes Diemonum repellere, nisi refraverit in se appetitum gulae. S. *BERNARDUS*, s. XXIV, de *Mod. viv.*

Quia gula ineptum facit ad dona spiritualia capiendum. Quis enim nunquam, ait S. Basilius, in splendidis epulis, perpetuisque deliciis particeps factus est unius domi spiritualis? Nec mirum, quia ubi curiosa diversitas ciborum pascit ventrem, celestis panis jejunam deserit mentem, ut recte S. Bernardus advertit. S. *BASILIIUS*, hom. 1, de *Jejunio*; S. *BERNARDUS*, in ep. ad *Fulgent.*

Quia incurabilis est hic morbus, teste S. Basilio dicente: Multos saepe adverti, qui, cum alterius ejusvis generis vitiis laborent, ad sanitatem tamen redierint postea; qui autem hunc morbo tenerentur, neminem ex omnibus vidi unquam, qui convalescerit. S. *BASILIIUS*, de *Abdicat. rerum*. Quod etiam S. Bernardus confirmans: Qui gulosus, inquit, effectus est, vix aliter, quam morte mores mutabit. S. *BERNARDUS*, in ep.

Quia mortem accelerat, teste Psalmista: « Adhuc escæ erant in ore ipsorum, et ira Dei descendit super eos. » *PS.* XXVII. Hinc ipse Salvator tam sollicitè monuit: « Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate; et superveniat in vos repentina dies illa, tanquam laqueus enim superveniet. »

Quia ad gubernandum inutilem facit; uti Ecclesiastes indicat dicens: « Ve tibi terra, cujus Principes vescantur in tempore suo! » *ECCLES.* X, 16. Hinc Julius Caesar, qui primus Romanum obtinuit et fundavit Imperium, cura, vigilantia et sobrietate negotia publica tractabat, de quo proinde Cato dicit: Unum ex omnibus Caesarem ad everendam Rempublicam sobriam accessisse. Ipse enim super Republicæ ruinas erexit Imperium. Augustus quoque successor ipsius, qui in Monarchia sua universali gavisus est pace et tranquillitate, totum diem a mane usque ad vesperam sine cibo transigebat, ut gratam omnibus daret audientiam. *SENECA*, c. LXIII, in *Vit. Cæs.*

Quia sanitatem tollit; uti Siracides indicavit, dicens: « Noli avidus esse in omni epulatione, et non te effundas super omnem escam; in multis enim escis erit infirmitas, et aviditas appropinquabit usque ad choleeram. » *ECCLES.* XXXVII, 32.

Quia insatiabilis est, uti recte S. Ambrosius advertit, dicens: Male servitur gulae quæ semper expetit, nunquam expletur. Quid enim insatiabilis ventre? Hodie suscipit, et cras exigit. Nec hoc ignorandum, malum gulae spiritum subinde stomacho insidare, ut

satiari homo non possit, etiamsi totam Ægyptum devoret, et totum Nilum exhauriat. S. AMB. c. viii de *Elia et Jejun.*; JOAN. CLM. grad. xiv, n. 17. Hinc S. Bonaventura: Comparatur, ait, gulosus saeco perituro, vel perforato in fundo, qui, quantumcumque ex una parte accipit, tantum ex altera parte perdit; talis saccus est gulosus homo, qui, ex una parte habet coquinam ad implendum ventrem, et ex altera parte latrinam ad evacuandum; ac proinde idem Sanctus, eorum deplorans miseriam, textum illum Aggæi cap. i. adducit: «Qui mercedem congregavit, misit eas in sacculum periturosum.» S. BONAV. in *Diat.* tit. II. c. viii.

Quia *laboriosum est vitium*; uti idem S. Bonaventura testatur, dicens: Ex gula procedit inordinata delectatio, et hos fructus secum habet, sollicitudinem in quaerendo, studiositatem in preparando, multiplici- tatem in diversificando, voracitatem in sum- mendo. Idem, in *Spect. animæ*, c. iii.

Quia *egestatem adducit*, teste Salomone: «Qui diligit epulas, in egestate erit; qui amat vinum et pingua, non ditabitur.» Prov. xxi, 17. Hinc Cajetanus recte infert: Si non moveris amore virtutis, saltem moveat te amor boni utilis, moveat te evitatio pauper- tatis. Incurrunt enim hujusmodi homines paupertatem, tum propter majores sump- tus, tum propter otium annexum; oportet enim edaces et bibaces multum dormire, et propterea dicit Salomon (Prov. xxiii.) «Et vestietur pannis dormitatio.» CAJETAN. pr. 23.

Quia *gravem amaritudinem conciliat*; nam ut Petrus Blessensis ait: Convertetur dulcedo in amaritudinem, in asperitatem suavitas, delectatio in dolorem, eritque instar inferni, aut pœne infernalis initium, dolorum continatio, et desiderium moriendi. PETR. BLESEN- SENS. in ep. lxxxv.

Quia *grandem quoque miseriam adducit*, S. Augustino teste: Non hoc eis opto, ut terrena necessaria desint eis, quibus indigent, dum mortales vivunt, sed ut hoc plangent, quod amissa societate celesti, terrenis non ad fruendum stabilibus bonis, sed ad susten- tandum necessariis indigere meruerunt, agnoscant, et luceant istam miseriam. S. AUG. in *Ps.* cxli.

MEDIA.

Oratio; uti S. Augustinus suo exemplo docuit, dum dixit: His tentationibus (Gulæ) quotidie conor resistere, et invoce dexteram tuam ad salutem meam, et ad te referre astus meos, quia consilium mihi de hac re pondum stat. Multa nobis orantibus tribuis. Audivi rogantem, ut accipiat: Aufer a me, inquit, concupiscentias ventris. Unde appar- ret, Sancte Deus meus, tedare, cum sit, quod imperas fieri. S. AUG. I. X *Conf.* c. xxxi. Hinc Hesiodi monitum est: Ne comede ex illa, que non benedicta patella est. MACROB. I. III, c. xxi.

Spiritualium rerum studium; nam gustato spiritu desipit omnis caro. Hinc S. Grego- rius ait: Gula per abstinentiam frangitur; sed abstinentiam ciborum corporalium habere non potest, qui mentem spiritualibus cibis non replet; potenter enim corpus exte- nuat, qui amore celestium cor inflamat, quia, dum spiritualia diligit, desideria carnis valenter premit. S. GREG.

Exemplo Christi mentem ad celestia trans- ferre, cum gulæ tentatione impetitur, et dicere: Non in solo pane vivit homo etc. vel: Cibus mens est facere voluntatem Patris mei, qui in cœlis est. Vel: Tua, Jesu, dilectio, grata mentis refectio, replens sine fastidio, dans famem desiderio. S. BERN. in *Júbilo*.

Hoc medium tam necessarium visum est Cassiano, ut dicere ausus sit: Nequaquam poterimus escarum presentium spernere voluptates, nisi mens contemplationi divine defixa, amore virtutum potius et pulchritu- dine celestium delectetur. Cass. I. V *Inst.* c. xiv.

Sæpe perpendere, quam bestialis, vana, bre- vis, moxia corpori et animæ, atque adeo etiam indigna homine sit voluptas immoderata, que ex gustu percipitur, ac proin dicere cum Seneca: Ad majora sum genitus, quam ut mancipium sim mei corporis. Certe Petrar- cha judicavit, hoc vitium nullo melius modo, quam generosa quadam indignatione, et rei ipsius existimatione confundi, vel sensu, ut Ciceroni placuit; vel repente, ut Aristoteli visum est. Multum confert cogitatio exitus; quod cum omnibus vitis sit commune, tamen hoc proprium est luxurie. PETRARCH. *Dial.* c. viii.

Extra tempus nihil comedere, aut bibere; ita Cassianus suavit his verbis: Monachus hanc in primis cautionem sibi indicat, ut non potus quidquam, non esus ulla oble- catione devictus, ante stationem legitimam, communioneque refectionis horam, extra mensam percipere sibi mel prorsus indul- geat. Certe S. Philippus Neriensis dicere so- lebat, neminem fore vicum spiritualem, qui extra tempus aliquid comederit. Cass. I. V *Inst.* c. xx.

Ante mensam deservire, quid et quantum sum- mendum sit, et hunc terminum nulla aviditate, vel instigatione inimici excedere. S. IGNAT. in *Reg. de Vict. tem.*

Infernalis cibi meminisse; ita S. Climacus suavit dicens: Mensa delibatio lamentanda sortis vermium illorum te admonet, minusque delicias requires. Sed et in ipso aque potu flammæ illius sitim ne oblivis- caris, atque ita vim omnino naturæ facies. S. CLIM. grad. vii.

Passionis Christi memoria, ut ipse Christus per Jeremiam monuit, dicens: «Recordare paupertatis meæ, absinthii et fellis.» THREN. iii. Quod ipsum etiam Idiota suavit, dicens: Quoties resistendo alicui tentationi, alicui ex sensibus tuis vim facis, cogita cui- nam parti crucis Christi conformis reddaris, ut quando gulæ resistens, gustum affligis, recordare illum felle potatum et aceto. IDIOTA, in 4. *Regula Christ. vite.*

Lectio seu auditio S. Scripturæ; spiritualis enim cibus inducit oblivionem et contemp- tum cibi corporalis. S. ANTON. p. II *Sum.* tit. iv, c. ii, § 10.

Elongatio ab his, quæ dant occasionem ex- cedendi in cibo et potu, ut sunt delectabilitas, varietas, nimietas ciborum, propter quod dicitur: «Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii.» ECCLESIASTICI 7, quia in convivio sunt occasiones gulæ. Ibid.

Cogitare, quam vana et brevis sit, et quando transacta fuerit, sic esse quasi nunquam fuerit. Pecunia accumulata in agris coemptis, et in censibus comparatis, vel in scrinio saltem remanet; dignitate, quam consecrati fumus, fruimur per imperium, superioritatem, auctoritatem, familiaritatem, et comitatum; injuria vindicata nos ab hujus vel illius inimici timore liberat, et sic consequenter per alias similes passiones, male licet a nobis usurpatis, discurrere licet; at vero gula in fetida quadam cloaca terminatur, ejus- que gustus et gaudium in brevissimo tem-

pore transit, quoad usque videlicet cibus intra trium vel plurium digitorum angustiam deglutitur. S. BONAV. de *Prof. relig.* l. I, c. xxxvii. Optime id ipsum considera- verat B. Petrus Damianus, cum inquit: Sua- vem vero cibum cur debeamus expetere, qui quantislibet apparetur impendis, et antequam in os intret, nobis non sapit, et postquam flumine glutiente trajectur, venter, cui illapsus est, non discernit. Totius autem nostræ voluptatis iter, cui tanta ambitione servimus, brevissima palmi summa con- cluditur. S. PETR. DAMIAN. l. c. ep. xxvi.

Considerare, quam pauca exigat natura; nam, ut sapienter Seneca advertit, corporis exigua desideria sunt, frigus submovere vult indumentis, alimentis famem, ac sitim extinguere; quidquid extra concupiscitur, vitis non usibus laboratur. SENECA, in *Consol. ad Hel.*

Considerare incommoda ex gula provenientia; uti Isidorus Pelasiota suavit, dicens: Considerationis ope, atque auxilio, ipsius ventris tyrannidem amputemus. S. ISID. PELUS. l. II, epist. xl.

ASCETICA.

In primis nosse debet Asceta *necessitatem expugnandæ gulæ*; neque enim ad conflictum spiritualis agonis assurgitur, teste S. Gregorio, si non prius inter nosmetipsos hostis positus, gula videlicet appetitus, edo- matur. S. GREG. I. X, *Mor.*

Nosse debet *modum dignoscendi, quando appetitus gulæ inordinatus est*; nam, teste S. Gregorio, sic voluptas sub necessitate se palliat, ut vix eam perfectus quisque discernat. Sæpe autem in edendi via furtive ad- juncta voluptas subsequitur; nonnunquam vero impudenter libera etiam præire cona- tur. Facile vero est deprehendere, cum vol- uptas ejus necessitatem prævenit, sed valde difficile est discernere, cum in ipso esu necessario se oculata subjungit. Nam quia præuentem naturæ appetitum sequitur, quasi a tergo veniens tardius videtur. S. GREG. I. XXX *Mor.* c. xxviii. Utergo hanc fraudem cognoscere et fugere queat, Dei in primis gratia imploranda, subinde bona intentio præmittenda, et sub ipsa sumptione cibi ad potus quandoque iteranda; ac tandem freni gutturis, ut S. Augustinus monet, temperata relaxatione et constrictione tem-

perandi sunt, ne appetitus prævalere valeant.

Nosse debet *solidum modum vincendi hoc vitium*; qui in sequentibus tribus doctrinis consistit. 1. Ut artem continentie sicut tenet, quatenus non carnem, sed vitia carnis occidat. Adjutorem quippe habemus interioris intentionis hunc hominem, quem exterius gestamus, et ipsi insunt motus lascivie, et ipsi effectus suppetunt operationis bonæ. Sæpe verò dum in illo hostem insequimur, etiam civem, quem diligimus, trucidamus, et sæpe, dum quasi concivi parcimus, ad prælium hostem nutrimus. S. GREG. I. XXX. *Mor.* c. XIV. Hinc S. Hieronymus dixit: Pareus cibus, et venter semper esuriens triduanis jejuniis præfertur, et multo melius est quotidie parum, quam raro sumere. S. Hier. ep. x. *ad Fur.* Sed et ipse Christus S. Gertrud dixit: Mihi quidem ad hoc oblatum erat vinum myrrhatum cum felle mixtum, quo citius morerer, sed desiderium multa patiendi pro homine retraxit me, ne biberem. Tu vero diverso in eodem amore sume omnia necessaria et commoda, ut per ea diutius in servitio meo viva conserveris. L. IV. *Insa.* c. XXIII. 2. Ut norit generalem hunc continentie modum esse, ut secundum capacitatem virum, vel corporis, vel ætatis, tantum sibi meti cibi unusquisque concedat, quantum desiderium saturitatis exposcit. Cass. coll. II. c. XXIII. Ut autem hæc mensura cognoscatur, suadet S. Doctrotheus, ut quisque experientia magistra discat et observet, quanta cibi copia solem stomachum gravare, ac deinde paulatim de copia illa detrahat, donec nullam amplius in digestionem difficultatem sentiat. Contra notet quoque, quanta cibi tenuitas et parcimonia imbecilliorum reddat, ut officio, quod sustinet, ægre satisfacere possit, quo adverso paulatim eo usque commeatum auget, donec integras vires sentiat ad munus suum commode obeundum. S. Doctroth. s. IX. Pater Nicolaus Lancizius scribit, a suo Magistro Novitiorum hanc regulam temperantie et sobrietatis præscriptam fuisse, ut tantum quis comedat vel bibat, ut absoluto prandio vel cœna ad orationem se dispositum sentiat. Opusc. II. n. 60. Hinc et Tertullianus, de moribus veterum Christianorum scribens, ait: Bibitur, quantum pudicis est utile; ita saturantur, ut qui meminert etiam per noctem sibi Deum adorandum esse. TERTULL. in *Apol.* c. XXXIX.

Et hoc est, quod etiam Angelus S. Pacomio in dietatis regulis præcepit: Concede unicuique, ut comedat et bibat pro viribus, neque jejunare prohibe, neque comedere; et merito, nam, teste Clemente Alexandrino, periculosa sunt extrema, media autem bona sunt; medium autem est, quicquid non eget necessariis rebus. PALLAD. in *Lou-siac.* hist. c. XXXVIII, apud Lanciz. I. c. 3. Ut frequentes de gula victorias reportare quis studeat. Hinc Apollonius laudatus ab Epicteto suavit: Si voles te tibi ipsi exercere, sitibundus magno æstu, accipe volas plenas aqua frigida, eamque rursus expue, at id te facere nemini fluxeris. Quod idem etiam in cibo faciendum, Ibid.

Nosse debet, *cur Religiosis et devotis personis præcipue vitanda sit gula*; nimirum quia, teste S. Climaco, ut apud eos, qui in sæculo sunt, avaritia est radix omnium malorum, ita in Religione gula. S. CLIMAC. gr. XXVI. Quod confirmans S. Bernardus: Non potest, inquit, quisquam perfectionem virtutum accipere, nisi prius intra se domuerit ventris gulam, neque potest a semetipso tentationes Daemonum expellere, nisi refraverit in se appetitum gulæ. S. BERNARD. ser. XXIV. de *Mod. viv.*

Nosse debet, *quando grave peccatum esse possit*; id quod S. Antoninus sequentibus verbis ostendit: Ciborum sumptu secundum se non potest esse peccatum, nisi quatenus repugnat rectitudini voluntatis; quod autem repugnet, contingit dupliciter: uno modo propter repugnantiam ad proprium finem ciborum, sicut cum aliquis propter delectationem, quæ est in cibus, utitur cibus graviter nocentibus et contrariantibus salutis corporis; vel secundum speciem, ut infirmis fructus, herbae, et huiusmodi graviter nocent; vel secundum quantitatem, ut cum nimis comedit de aliquo, ita quod graviter gravat stomachum, vel caput, vel huiusmodi. S. ANTONINUS.

Nosse debet, *non tam materiam, vel qualitatem, quam appetitum in gula considerari*, ut recte S. Ambrosius indicavit, dicens: Cujus mortiferum virus tum utamque vacuatur, cum non qualitas, sed libido in esicis præcævetur. Prima enim mulier non exquisitarum daptum, sed sola pomi delectatione mortem mundum induxit, et antiquus hostis Regem nostrum non de carne, sed de pane, tentavit. S. AMBR. apud Mansi, disc. XXXVI. Et id ipsum confirmans S. Bernardus:

Repleri ventrem faba, inquit, mentem superbia, cibus damnatus saginatus; quasi non melius sit, exiguo sanguine ad usum vesici quam ventoso legumine usque ad rictum exsaturari? Præcipue cum Esau non de carne, sed de lente sit reprehensus; et de ligno Adam, non de carne damnatus; et Jonathan de gustu mellis non carnis, morti adjudicatus. S. BERNARD. in *Flor.* c. XLIX.

Nosse debet, *quæ mensura in cibus servanda sit, ne quis in gula vitium incidat*; illa nempe, quam S. Antoninus indicavit, dicens: Tantum potest, et debet quis comedere, et bibere, quantum credit se indigere ad sustentationem et executionem eorum, quæ sibi incumbunt agenda, ita ut non usque ad nauseam sumat, sed cum aliqui adhuc appetitu finem faciat. S. ANTONINUS, apud Mansi, I. c.

Nosse debet, *quod modis gula vitium committatur*; quinque videlicet a S. Gregorio indicatis, dum dixit: Sciendum, quia quinque nos modis gula vitium tentat. Aliquando indigentia tempora prævenit; aliquando tempus non prævenit, sed cibos lautiores querit; aliquando quolibet sumenda sint, preparari accuratius expetit; aliquando autem et qualitate ciborum et tempore congruit, sed et ipsa quantitate sumendi mensuram moderate refectiois excedit. S. GREGOR. ibid. n. 11.

Nosse debet *hoc vitium esse difficile curabile*; uti S. Bernardus indicavit, dicens: Gula semper est in pugna et in culpa, sive manducet, sive bibas, adest illa tecum pugnatura; si bene non pugnas, certe vincetis ab illa, quæ cum multis pugnat, et a paucis expugnatur. S. BERN. ser. LIV. de *inter. Dom.* Quod etiam S. Joan. Climacus confirmans: De gula, inquit, dicturi, si unquam alias, nunc maxime contra nos ipsos philosophari statuimus. Miraenli enim loco duo, si quis ante mortem et sepulchrum ab hæc domina se in libertatem vindicavit. Vidi Sacerdotes senes a Dæmonibus delusos; qui juniores sibi non subjectos in computationibus per speciem faste deprecationis seu benedictionis, per pocula et alia solvant, seu corrumpunt. S. JOAN. CLIMACUS; grad. XIV.

Nosse debet, *cur viri spirituales convivia omni modo declinare debeant*; ob rationem videlicet a S. Gregorio indicatam, dum dixit: Soleriter intuendum est, quia celebrari convivia sine culpa vix possunt, pene

semper epulas comitatur voluptas; nam cum corpus in refectiois delectatione resolvitur, cor ad inane gaudium relaxatur. S. GREG. in *Cont.*

CONCEPTUS PRÆDICABILES.

Ex occasione thematis: « Vae vobis, qui saturati estis, quia esurietis » (S. LUC. V. 25;) possunt effectus gulæ per similitudinem famis explicari. Et dici 1. quod gula accersat famem *corporalem*, quia, juxta Salomonem, vacantes potibus, et dantes symbola consumentur. (PROV. XXIII. 21.) 2. Famem *moralem*, scilicet avaritiam et cupidinem divitiarum, quibus parare possint delicias a gula sua expetitas. 3. Famem *spiritualem* consolationum; quia, ut supra, ex S. Bernardo dictum, ubi curiosa diversitas ciborum pascit ventrem, celestis panis jejuniæ deserit mentem. 4. Famem *panis Evangelistici allegoricam*; quia anima saturata calcabit favum, juxta Salomonem. (PROV. XXVII. 7.) 5. Famem *æternam* beatitudinis, de qua Christus potissimum in citato themate locutus est.

Ex occasione thematis: « Adhuc esca erant in ore ipsorum et ira Dei ascendit super eos; » (PS. LXXVII. 31.) potest explicari multiplex ira, quam Dominus erga gelosos ostendit, in veteri testamento, erga Israelitas ab igne devoratos (unde locus *sepulchra concupiscentie* vocatus est) (JUD. XVI.) erga Philisteos, et filios Job ruinae domus oppressos; erga denique Balthasarem, Regem Babylo-niorum, (qui in pariete manum vidit hæc verba scribentem: *Mene, Thecel, Phares*). DAN. V. Quæ omnia possunt pulchre et ingeniose in sensu morali explicari. Videatur Faber. conc. I. in *Dom.* 6. *post Pent.*

Ex occasione thematis: « Noli avidus esse in omni epulatione; » (ECCLES. XXXVII. 23.) potest explicari varius excessus per gulam committi solitus, eumque in finem illud S. Gregoriæ ferri testimonium: Quinque nos modis gulæ vitium tentat. 1. Aliquando namque indigentia tempora prævenit. 2. Aliquando cibos lautiores querit. 3. Aliquando preparari accuratius præcipit. 4. Aliquando in ipsa quantitate sumendi mensuram moderate refectiois excedit. 5. Nonnumquam ipso æstu desiderii immensi deterius peccat. S. GREG. I. XXX

Mor. c. xxvi. Quæ omnia fusiùs explicata, passim apud auctores, præcipue Fabrum, conc. 2 in *Dom.* 6 post *Pent.* videri possunt.

Ex occasione thematis: « Qui diligit epulas, in egestate erit; » (PROV. XXI, 17.) potest explicari varia egestas, quam incurunt gulosi, nimirum. 1. Egestas *opum*; quam indicavit Diogenes homini opulento ad pauperiem redacto, et olivis vescenti, dum eidem dixit: Si sic prandisses, non ita comares. 2. Egestas *spiritus*; quia non permanebit in homine Spiritus Dei, quoniam caro est. (GEN. VI, 3.) 3. Egestas *virtutum et meritum* quia qui amat vinum et pinguiam, non ditabitur, id est, non proficiet in virtutibus et meritis. 4. Egestas *sanæ bonæ*; quia teste Sanctus Chrystost. nihil ignominiosius est hoc vitio; et præterea de ventris ingluvie, inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo sensus juxta S. Greg. propagantur, quæ omnia famam non leviter obscurant. 5. Egestas *consolationum celestium*; nam quod has non habemus, aut rarius sentimus, nos in culpa sumus, inquit Thomas Kemp. quia compunctionem cordis non quaerimus, nec vanas et externas consolationes omnino abjicimus. 6. Egestas *gloria æternæ*; quam cum Epulone amittunt, qui in hac vita degentes ducunt in bonis dies suos.

Ex occasione thematis: « Venit Nabuzardan, Princeps Regis, in Jerusalem, et succendit domum Domini; » (IV REG. XXV, 8.) potest dici, quod Septuaginta Interpretes istum Nabuzardan Principem coquorum dicant; unde S. Gregorius et alii per eum gulam intelligunt, aiuntque: Muros Jerusalem coquorum Princeps destruit, quia virtutes anime, dum non restringitur venter, perdit. S. GREG. I. XXX *Mor.*, c. xxvi. Ostendatur ergo quomodo hic Princeps, seu gula, succendat corpus, 1. *Ignem libidinis*, semper enim saturitatis juncta est lascivia, teste S. Hieronymo. 2. *Ignem concupiscentiæ*; nam ut S. Ephrem ait, qui corporis sui carnes delicate nutrit, concupiscentias malas pascit. 3. *Ignem furoris*; nam cui rixæ, cui foveæ, cui sine causa vulnera, inquit Salomon; nonne his, qui commorantur in vino, et student calicibus epotandis? (PROV. XXII, 29.) 4. *Ignem infernali*; uti dives Epulo experit est.

Ex occasione thematis: « In multis esis erit infirmitas; » (ECCLES. XXXVII, 33.) ostendatur, qualium morborum causa sit vi-

tium gulæ. 1. In *corpore*; nempe podagra, cholica, calculi, hydropsis, febris, etc. 2. In *anima*; nempe *superbia*, dum alios passim præ se contemunt; *avaritia*; dum plures semper appetunt divitias, ut pluribus deliciis frui queant; *ira*; dum per vinum et epulas accenduntur, et quosvis adoriuntur; *invidia*, dum aliis, qui ejusmodi deliciis fruuntur, quibus ipsi carere coguntur, invident talem sortem; *luxuria*, quia vicina sunt venter et genitalia, et pro membrorum ordine ordo vitiorum, teste S. Hieronymo; *acedie*, quia plenus venter uti non studet libenter, ita nec libenter orat. Ut adeo recte dixerit S. Gregorius: Ex uno gulæ vitio innumera vitiorum agmina ad animæ conflictum produci.

Ex occasione thematis: « Noli esse in conviviis potatorum; » (PROV. XXIII, 29.) ostendi potest, quod gulosi idem eveniat, quod Regi Balhasari contigit, qui vidit in pariete manum scribentem: *Mane, Thecel, Phares*, (DAN. 5 v. 25.) ostendatur ergo, 1. quam vere dicatur de gulosi *Mane*, id est, numeravit Deus regnum tuum, et complevit illud; vere enim talibus vita plerumque abbreviatur per multos annos. 2. *Thecel*, id est, appensus es in statera, et inventas es minus habens; quia vere tales habent minus pecuniæ, minus gratiæ, minus virtutis, minus bonorum operum etc. 3. *Phares*, id est, divisum est regnum tuum, et datum est Medis et Persis; quia ejusmodi gulosi relinquere debent possessiones suas aliis, qui in bona eorum succedunt, et forte nunquam aut raro de his recogitant.

Ex occasione ejusdem thematis ostendi potest, quomodo convivia Christianorum constituta esse debeant, nempe, 1. Quod a Dei laude inchoanda. 2. Culter in gutture statuendus ad moderationem servandam. 3. Cum timore coram Deo comedendum, ut Moyses et Aaron, Tobias et amici fecerunt. 4. Moderate gaudendum. 5. Sinceritas et concordia servanda. 6. Honestæ et amice colloquendum. 7. Ambitio de primatu loci tollenda. 8. Gratia agenda. Quæ omnia fusiùs apud Fabrum, conc. 6 in *Dom.* 46 post *Pentec.* explicata videri possunt.

Ex occasione thematis: « Juxta pasœna sua adimpleti sunt, et saturati sunt; elevaverunt cor suum, et oblii sunt mei; » (OSEÆ VIII, 6.) possunt omnia ad hoc vitium pertinentia per sequentem descriptionem explicari. 1. Fingatur arx rotunda in medio

fertilis campi extracta, et ex una parte hortis et agris, ex altera vineis cincta, ut ostendatur, gulam et cibos et potum inordinate appetere, et hoc vitio omnes homines undique oppugnari, etiam perfectos. 2. Fingatur templa bina Dagoni et Bacco edificata; hi enim gulosorum sunt dii. 3. Fingatur, quatuor propugnacula, quorum unum Israelitæ carnes appetentes, alterum filii Job, tertium Philistæi ruina domus oppressi, quartum dives Epulo cum suis filiis et amicis defendat. 4. Fingatur in circuitu fossam profundam habere, non aqua, sed vino impletam, in qua submergantur multi, qui ab inquietis et duce Iulij arcis superantur. 5. Fingatur oppugnari a Christo per quadraginta dies jejunante, et aliis ipsum in abstinentia sequentibus, quorum tessera militaris sit: *Ne quid nimis*. Arma et gladius verbum Dei, maxime illud: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod exit de ore Dei; nam gustato spiritu desipit omnis caro. Modus expugandi, congressus cum hoste excurrit (neque enim occasionem hujus vitii, atque adeo prælium cum illo declinare possumus). Præmium manna absconditum (juxta illud Apoc. Vincenti dabo manna absconditum Apoc. II, 17.) Et satiæta æterna, juxta illud Psalmistæ: Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Ps. XVI, v. 15. Et: Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos. Ps. XXXI, v. 9.

ALII CONCEPTUS.

Scriptura dixit: « Cum audisses vocem Domini Dei deambulantis in Paradiso ad auram post meridiem. » Igitur serpens in meridie paulo ante Dei adventum primos parentes nostros in peccatum cadere fecit, hoc enim tempore quo ut plurimum lautiora instruantur convivia, mensæque copiosiores et superflue apparantur; et ideo Glossa *Dæmonium meridiem* ita exponit, id est, a spiritibus de *gastrimargia* tentantibus. MANSI, disc. 1, n. 4.

Plutarcus tradit apud Ægyptios viguisse morem, ut si cadaver tumuletur, ventrem, priusquam illud sepultura traderent, exscinderent, eumque profane projicerent; cujus facti hæc assignat rationem, inquiens: Ægyptii ventrem defunctorum exemptum et excisum, quasi caput sceclerum omnium

ab homine admissorum, ejectionem, ingluviem et carnificinam exacerantes. PLUTARCO *de Esu carnium*.

Inter alia contra ebrios prolata verba, Joel Propheta etiam hæc pronuntiavit: « Expergiscimini ebrii, flete et ululate. » JOEL I, 7. Ubi flete quilibet facile intellexerit; secus vero ululate, siquidem hoc bestiarum, et non hominum est proprium; et nihilominus accomodatissime dictum nemo dubitet; siquidem per voracitatem homines animalia, ferae et lupi efficiuntur; unde et communiter vorax *lupus* appellari solet.

S. Gregorius illa Jobi explanans verba: « Clamorem exactoris non audit; » quis hic exactor sit, interrogat, respondetque, eum nostrum esse ventrem, qui quotidie necessarii a nobis exigit cibi tributum. Nonnulli per exactorem intelligi ventrem volunt, ipse namque a nobis quoddam exigit debitum. Moxque ad intentum nostrum Sanctus hic subjungit, dicens: Abstinentes igitur viri, dum violenta gulæ desideria reprimunt, quasi clamantis exactoris verba continentum. Sed cum continentis viro contra innumera vitia multa virtutum certamina suppetant, cur sub exactoris clamore contempto de solo hic ventre dicitur, quod ejus impetum impulsive restringat, nisi quod nullus palmam spiritualis certaminis apprehendit, qui non in semetipso prius per afflictam ventris concupiscentiam carnis incentiva devicerit? Neque enim ad conflictum spiritualis agonis assurgitur, si non prius intra nosmetipsos hostis positus, gulæ vide licet appetitus, edomatur. Incessum contra exteriores inimicos in campo bellum geritur, si intra ipsa urbis mœnia cibis insidians habetur. S. GREG. in *Job*.

Ingeniosam D. Chrysologus circa Luciferum astutissimum serpentem instituit ponderationem; hic enim spiritus malignus exploraturus, utrum Christus Dei Filius esset, eum aggregat atque tentare presumpsit. Circa quod factum tacite discurret pre-nominatus Doctor. Quid est, quod jejunante Christo Deitatis signa tota in sola panis promissione perquiri, et quem Dei Filium continua significatione jejunii præsentit, esse Dei Filium de provisione panis, de cura ventris desiderat approbare? *Si filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant*. Quare non dixit: *Si Filius Dei es, dic, ut homines aut Angeli, aut aliquid aliud fiant*; sed: *dic, ut lapides isti panes fiant*? Quia scilicet me-

diante gula, etiam per solum panem Christum a se, quantumvis ipsiusmet Dei Filius esset, seducendum sperabat. S. CHRYS. ser. 3. Panem malus ingerit, ut virtulem mutet, inquit Auctor Operis Imperfecti. Cum enim eum, propter continuum quadraginta dierum jejanium, Filium Dei suspicaretur, animo despondit, inquit hic auctor; ast vero, ubi se famelicum exhibuit, quando postea esuriit, tunc tandem a se pervertendum fore speravit, probe sciens homines, etiam perfectissimos, gula implicari laqueis; tunc omnia ejus proposita facile se annihilaturum confidit. Diabolus videns per quadraginta dies jejunantem, inquit dictus Auctor, desperaverat; postquam sensit esurientem, iterum cepit sperare, et sic accessit ad eum esurientem. AUCTOR OPERIS IMPERFECTI, *Hon.* v.

Bellovacensis Brachmanes ad Alexandrum Magnum ita scripsisse refert: Mensas nostras deliciis non implemus, et ideo nobis nec nocent, nec infirmitatem generant; apud nos enim illicita est ventris extensio, proinde sumus sine aliqua aegritudine, et diu vivimus, et in quantum vivimus, sani sumus, medicinas nullas facimus, quia naturam nostram nullis superfluitatibus gravamus. BELLOYAC. *Spec. mor.* l. III, p. VIII, dist. I.

S. Chrysostomus absumm in gula committit, sequentibus verbis patheticè describit: Illud multo intolerabilius est, quod morbus tot malis redundans, totque secum invehens calamitates, ne crimen quidem censetur, sed in divitum mensis, hujus turpitudinis gratia, pugna oritur atque certamen, atque inter se majori studio contendunt, qui se ipsum magis infamet, quàm majorem subsannandi occasionem præbeat, quis nervos amplius infringat, quis vires amplius debilitet, quis communem Dominum gravius irriter, ac videre est studium certamenque diabolicum. S. CHRYS., ser. xxxij de *Resur.*

Evolvalis universum S. Matthæi textum, et invenietis, quod in variis occasionibus Christus de inferno loquens, non semel, sed octies illius tormenta ad hæc duo, scilicet ad fletum et stridorem dentium restrinxerit. Scitisne hujus rei causam? Nimirum duo peccata inter reliqua in mundo triumphant, quibus dictus accenditur focus, scilicet illa, quæ suam originem ab oculis minus bene custoditis trahunt; ideoque fletus et inconsolabilis planetus illis correspondebat. Aliud genus ad gulam spectat, quæ

ad dentes relationem habet; ideoque ibi erit stridor dentium, quia per quæ quis peccat, per hæc et torquetur. Ecce conceptum hunc vobis claris Hugonis Cardinalis expressum verbis, dicentis: Flebunt oculi, quia in vanis fuerunt vagi; stridEBunt dentes, quia edaces fuerunt. Per hæc duo notantur duo genera culparum, pro quibus puniuntur; scilicet concupiscentia oculorum, id est, avaritia, quæ per fletum; et gulositas, quæ per stridorem dentium, designatur. Merito itaque D. Antonius vitium hoc gulæ sequentibus detestatur verbis: Quam spem habere possunt de Deo et beatitudine, quorum deus venter est, ut dicit Apostolus, et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. MANSI, disc. III, n. 4.

MISCELLANEA.

QUALITAS. — Recte quidam dixit: Venter quidem possit, et appellat, sed tamen modestus creditor non est, si illi das, quod debes, non quod potes. FAB. conc. II in *Dom.* 6 post *Pent.*

S. Bernardus de gula deditis dixit, eos aliud non facere, quam ingerere, digerere, et egerere. *Ibid.* conc. II, n. 2.

Dionysius Tyrannus, cum in Phiditiis, Lacedæmoniorum (publicis et frugalibus conviviis) convasset, negavit se jusculo nigro quod cœna caput erat, delectari; tum is, qui cœnam coxerat: Minime, inquit, hoc mirum est, nam condimenta defuerunt, nimirum labor in venatu, sudor, cursus, fames, sitis, etc. his enim condimentis Lacedæmoniorum epulæ condiuntur. CICERO, v., *Tuscul.*

DAMNUM. — Quidquid avium volitat, quidquid piscium natat, quidquid ferarum discurret, nostris sepelitur ventribus; quære nunc, cur subito moriamur? Quia mortibus vivimus. SENECA, X *Rhet.*

Abbas Moyses dixit: Per hæc quatuor res passio gignitur, per abundantiam esecæ et potus, per satietatem somni, per otium, et per ornatum vestium. *Vita PP.* l. II, c. II.

Tam insalubre, quam turpe est, plus cibi ingerere, quam capiat, et stomachi sui non nosse mensuram. SENECA, ep. LXXXIII.

Recte cecinit nonnemo:

Sint ignota licet magni patrimonia Cœsi,
Immensæ absumunt alta barathra gulæ.

FAUSTUS.

Ex magna cœna stomacho fit maxima pena. *Schola Salera.*

Ut sis nocte levis, sit tibi cœna brevis.
Pone gulæ melas, ut sit tibi longior ætas.
Esse cupis sanus? Sit tibi parca manus.
Plenus venter non studet libenter.
Qui multum vult comedere, comedat parum. TYMPHUS, in *quest. Synops. V. cibus.*
Multa tibi multos coæservant fercula morbos. *Florileg.* p. 1.

Ferre solent paucas fercula pauca cruces. *Ibid.*

Natura paucis contenta est. *Ibid.*
Anima saturata calcabit favum: et anima esuriens amarum pro dulci sumet. *PROV. XXVII, 6.*

Væ tibi terra, cujus Princeps mane comedunt. Qui mane comedit, vesperi dolet. *ECCLES. X, 16.*

AUCTORES.

Joannes Buseus, in *Panario*, V. eodem.
Jacobus Alvaretus, tom. II, l. I, p. c. III et IV.

Jacobus Canisius, tom. IV de *Vit. Cap.* § VII.
Bernardus Rosignolius, lib. III de *Disc. Relig.* cap. X et XI.

Ludovicus Granatensis, in *Duce peccatorum*, l. II, c. VIII.

Hieremias Drexelius, in *Nieta*, l. I, c. IV; item passim in *Aloe*.

Jacobus Marchantius, in *Horta Past. Tubæ Sacer.* tr. v.

Joannes Cassianus, l. V. de *Instituti Remunit.*

Philippus d'Outreman, in *Pedagogia Christiana*, p. I, c. VII, § 6.

Nicolaus Lancizius, *Opusc.* II, c. II.
Mathias Faber, conc. I et II in *Dom.* 6 post *Pent.*

Thomas Stapletonus, text. III in *Dom.* *Segog.*

Josephus Mansi, in *Bibl. morali*, tr. XXXI.

HERESIS.

QUOAD ESSENTIAM.

DEFINITIO. — Est voluntarius et pertinax error in materia Catholice fidei contraria a Christiano commissus. Per hanc quippe definitionem facile Judaismus, Paganismus, et Mahometismus rejiciuntur. Dieta est a Græco verbo *aitosais*, quod electionem significat, eo quod quisque voluntarie ejusmodi falsam doctrinam contra dictamen recte rationis, stimulum conscientie, et Ecclesie dogmata eligit, et assumat. SCAR. SANCHE, et alii.

Describitur apte in Apocalypsi sequentibus verbis: Meretrix sedens super aquas, ornata regio, plena nominibus blasphemie, super bestiam cocineam, habens pœculum aureum in manu, sed plenum veneno, abominacione, immunditia, invilians potentes et populos ad bibendum. *Apoc. XVII, 15.*

DIVISIO. — Dividitur in *Formalem*, quæ est culpabilis hæreticæ doctrinæ; et *Materialem*, quæ inculpabiliter hæresi adheret.

ACTUS. — Primus est de aliquo fidei articulo dubitare; cum tamen quis ex illi omnem dubitationis exclusionem mereatur.

Secundus, Hæreticorum libros curiose evolvere, sequæ adeo in periculum errandi cum illis præcipitare.

Tertius, Hæreticorum colloquia, conciones et disputationes animo discendi ipsorum errores, eisquæ adhaerendi, frequentare.

Quartus, errori hæretico pertinaciter assentiri.

Quintus, eundem etiam aliis persuadere velle.

Sextus, Catholica dogmata velut erronea impugnare.

Septimus, pro defensione suæ heresis varias adversitates pati, mortemque ipsam optetere.

GRADUS. — Per quos, juxta Jacobum Marchantium, Hæretici in abyssum et perditionem descendant, isti enumerantur.

Curiositas legendi libros hæreticos.

Præsumptio judicandi de omnibus.

Pertinacia rebellis in sustinendo proprio opinionem.

Contemptus omnium, quicquid contradicunt.

Cæcitas cum superbia conjuncta.

Dei derelictio et quasi abnegatio per quemdam Atheismum.